



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Evsebivs || De Euangelica pr[a]eparatione

Eusebius <Caesariensis>

[Augsburg], 1522

VD16 E 4299

De luminaribus Cap. xvi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34477

278 DE PRAEPARATIONE EVANGELICA

est, a causa factum esse necesse est. Causam igitur & creatorem universi qui sit inuenire difficile est, & cum inuenieris, in uulnus adeo re impossibile. Et post pauca. Sic igitur rationem sequentes, nephæ est dicere animatum hunc mundum ac uere mentalem a dei prouidentia non esse factum.

De Luminaribus. CAPVT. XVI.

Ruſus cum Moses Solem & Lunam & cæteras stellas a deo productas ostendit. Et dixit deus inquit, Fiant lumina in firmamento cæli, & sint in signa & in temporis. Et fecit deus duo luminaria magna, & posuit ea in firmamento cæli, & Stellas. Similiter Plato quoq; dicit, a uerbo & mente diuina Solem & Lunam, & alias quinque stellas cognominatas erraticas ad generationem temporis facta esse. Quorum corpora deus fecit & posuit in circulis. Diligenter igitur consydera quod dicit a uerbo & mente diuina. Illis enim uerbis quoq; ipsis consentaneum est, qd Psalmista dicit. Verbo domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorū. Deinde cum Moses in firmamento positas stellas dixerit, eadem uoce Plato uisus in circulis posuit inquit. Adhac per singula scripta dicit. Et uidit deus qd bonum. Et summatim repetens. Et uidit deus omnia, & ecce bona ualde. Plato autem, si bonus est inquit iste mundus, & creator bonus. Etrursus. Hic optimus effectuum, ille optima causarum.

De mutatione mundi. CAP. XVII.

Præterea de consumatione & mutatione mundi aperte & magna uoce scripture prædicante. Quia complicabitur celum sicut liber. Et rursus. Erit celum nouum, & terra noua. Audi quomodo Plato etiam hoc dogma comprobauit in Timeo dicens. Constituit celum uisibile atq; tangibile, & propter haec, & ex istis, & talibus, & ex quatuor numero mundi corpus factum est, proportione conueniens, a cæteris omnibus indissoluble, præterquam ab eo, qui colligauit. Et post pauca. Tempus igitur cum celo factum est, ut simul facta, simul etiam dissoluantur, si quando solutio quedam ipsorum fiet. Et post pauca subiicit. Quod ligatum est, solubile est: quis si bene aptatum beneq; ligatum soluere uult, bonus non sit. Quare inquit deo attribuens uerba. Dij quorum ego creator

